

De Pulmone marsino. CAP. XXXIX.

P V L M O marinus recens tritus , pernicio-
nibus podagrāque laborantibus opitu-
latur.

De Pulmone fuislo. CAP. XL.

S V I L L V S , agninus , vrsinūisque Pulmo ,
impositu attritus à calceamentis contra-
etos ab inflammatione tuentur.

De Pulmone Vulpino. CAP. XLI.

Quin & vulpis Pulmo si arefactus biba-
tur , suspiciofos adiuuat . Eiusdem verò adeps
liquefactus infusūisque , auris dolorē sedat .

De Hepate asinino. CAP. XLII.

A S I N I iecur inassatum , esu comitiali-
bus prodest : verùm id ieiunos sumere
oportet .

De masculi cervi Genitali. CAP. XLIII.

G ENITALE cerui maris tritum ex vi-
no potū , à viperā demorsis auxiliatur .

De asinorum Vngulis. CAP. XLIV.

V NGVLA E asinorum vstæ , ad dies mul-
tos cochlearibus binis potæ , comitia-
libus prodesse narrantur . Oleo verò suba-
etæ , strumas discutiunt : inspersæ quoque ,
pernionibus medentur .

De equorum Lichenibus. CAP. XLV.

L ICHENES equorum , calli sunt circa
genua & yngulas in earum partium fle-

xu indurati. Ij triti & iu aceto poti, comitia-
libus mederi traduntur.

De Caprinis Engulis. CAP. XLVI.

CAPRINARVM vngularum cinere per-
unctæ ex aceto alopeciæ sanantur.

De Caprino iecore.

CAP. XLVII.

QVAE è Caprino iecore dum inassatur
destillat sanies, inuncta prodest luscio-
fis qui Græcis nyctalopes dicuntur. Quin &
siquis vaporem eius, dum coquitur, oculis
apertis excipiat, utilitatem percipit. Sed &
tostum in cibo, ad eadem prodest. Cæterum
aiunt comitiales eius esu, hircini verò ma-
xime, deprehendi.

De Aprino iecore.

CAP. XLVIII.

Aprinum iecur recens si arefactum tera-
tur, ex vino potum, contra serpentium iu-
mentorumque morsus auxilio est.

De Canis rabioidi iecore.

CAP. XLIX.

Iecur Canis rabiosi tostum & ab iis quos
momorderit in cibo sumptum, aquæ pauo-
ris periculo liberare creditur. Utuntur au-
tem ad præcautionem etiam canis qui mo-
morderit canino dente: hunc scilicet folli-
culo ex aluta inditum pro amuleto brachio
adalligant.

De lecore mergi.

CAP. L.

Mergi iecur asiccatum & potum ex hydromelite binis cochlearibus , secundas pellit.

De Veteribus soleis.

CAP. LI.

EX veteribus calceamentis Coria combutantur ac trita & inspersa, ambusta igni, intertrigines, necnon & calceamentorum attritus sanant.

De Gallinis.

CAP. LII.

GALLINAS dissectæ & adhuc calentes appositæ, serpentium morsibus auxiliantur: sed in ipsarum locum alias subinde sufficere oportet.

De Gallinarum cerebro.

CAP. LIII.

Earum cerebellum in vino bibendum datur, contra venenatarum bestiarum mortus: sanguinis etiamnum eruptiones à cæbri meningè inhibet. Quæ verò in gallinaceo interna ventriculi parte subternitur membrana cornu instar firma ac pellucida, quæque inter coquendum excoriari solet, arefacta tritaque & in vino pota, stomachicis confert. Ius autem pulli simpliciter paratum, potissimè datur ad temperandos prauos vitiososque humores, & iis quibus æstuatos ventriculi. At ius è vetere gallinaceo, datur ad aluum deficiendam. Exemptis porrò interaneis, in eorum locum sal immiten-